

351.

Markgräfin Jutta bekrundet, daß ihr Sohn Heinrich auf Nachsuchen des Erzbischofs Albrecht von Magdeburg mit ihrem Willen und mit Rath des Landgrafen Ludwig dem Kloster Riesa Güter in Weida geschenkt hat.

Henneberg, 1226 Febr. 20.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 269. Die beiden Siegel an Pergamentstreifen, dasjenige der Markgräfin = Taf. III. 2, dasjenige Heinrichs (stark beschädigt) = Taf. III. 4.*

Ann.: Riesaer Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 13.

In nomine sancte et individue trinitatis. Iutta dei gracia marchionissa Misnensis et Henricus dei gracia Misnensis et Orientalis marchio omnibus Christi fidelibus | paginam
10 hanc inspecturis salutem. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod karissimus filius noster Henricus Misnensis et Orientalis marchio ad instanciam et rogatum | venerabilis domini Alberti Magdeburgensis archiepiscopi et de voluntate nostra et consilio dilecti eciam fratris nostri Lodewici Thuringie lantgravii adhibita con|sciencia et consensu bona quedam in Widowe cum omni utilitate et fructu, qui nunc inest vel inesse poterit
15 in futurum, pratis, pascuis, areis, agris, aquis, mobilibus ecclesie in Rizowe contulit iugiter possidenda, ut salus nostra eiusdem loci sacri collegii orationibus augeatur. Unde ut donatio^{a)} memorata rata et inconvulsa in perpetuum permaneat, loco ipsi presentem paginam conscribi et tam proprio quam filii nostri sigillis fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Iohannes et Henricus et Theodericus fratres de Blosewiz. Cunradus de
20 Bichowe. Cunradus de Qvesiz. Zisimo filius Wolcgangi de Schozebro. Meinhardus camerarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo cc. xxvi. x. kal. marcii Henninbere.

(S.)

(SFR.)

352.

25 *Erzbischof Albert von Magdeburg bestätigt die Schenkung von Gütern zu Weida an das Kloster Riesa seitens der Markgräfin Jutta und ihres Sohnes, des Markgrafen Heinrich. Vergl. No. 351.*

Zörbig, 1226 März 2.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 270. Das zerbrochene S. des Erzbischofs an grünen und braunen Seidenfäden.

30 *Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. No. 13.*

Albertus dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, legatus et comes Romanus. | Quoniam ea, que ecclesiarum profectibus larga donatione principum conferuntur, perpetuo decet stabilitatis robore communiri, ut eo magis habeat collator meritum, | quo firmiter sortitur ipsa collatio incrementum, ad petitionem domine Iutte
35 nobilis et illustris marchionisse Misnensis ac Heinrici filii eius Misnensis ac Orientalis marchionis donationem, quam dictus marchio fecit ecclesie in Riezowe de bonis Widowe